



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 17. Eos qui tacere deberent reddit diabolus loquaces, vt prophetas Regis Achab.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

diro quippe sermone tuis confestim totus negotiis intricatis terrenis occuparis: nec gratum illud vel parumper corde tuo. reuoluis ruminandum, vnde Sarau continuo diripit seminatam, & petinax tua praesidet animæ, pontem illum suspendit cordis aurium; mentitur labor prædicatoris. O quam appositè proposito nostro concludit hodie Christus Euangelium: *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.* Audis verbum Domini, custodi illud: in hanc necessitatis, vt dum te d. abolus impugnas, & pellicit ad inhonestam, auditorum meminens, & infagulo fortis filij prædigi: dum carnis delicijs ad præcipitia titillaris, eorum recorderis quæ diximus de morte, de iudicio, de inferno præparato flagitiosus, Huic arbitror Christum alludere consilio Spiritus S. *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum; appone autem cor, ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo.* Ventrem nominat, ex mente D. Greg. intellectum: vix vllum profert fructum: cibum stomacho acceptus, magna licet superius voluptate, nisi ibidem detentus, & coqui actus, & digeratur.

§. 17. *Eos qui tacere debent reddit diabolus loquaces, vt propheta Regis Achab.*

45. **T**ertium suum attollit pontem diabolus, linguam scilicet, dum homini loquelam admittit, & mutum efficit: qui prius eum sit ceteris principior, iaciret solus huius meminit defectus Lucas Evangelista, licet & alios habuerit: *Demonium erat mutum.* Ex effectu nominatur, illum etepim mutum reddiderat, eo loquendi modo, quo causa nomen effectus adferimus, cibum dicimus sanum, vel insalubrem ab effectu, ad hæc pontem, mortem nostram nominamus. Quæ res, quæ ratione, reddat quempiam diabolus mutum? oporaret ego, loquaces potius faceret, & battologos. Assentior, & hæc tanto studio, vt eodem narrante Evangelista, Capharnaï lymphati diaboli operâ ore adco infirmes clamant, vt necesse fuerit, illos Christus reprehenderet, & silentium imperaret: *Incepisti non solum ea loqui.* Quod particulariter in vno eorum manibus dam emergimento legimus qui non racuisset loquere. omnino, nisi eum Christus durus increpasset, *vt, ut loquar, obmutescas.* Qui igitur hæc conueniunt. Ex præcedentibus ponit D. Chrysest. rocessima illa verba Spiritus S. interpretatus: *Mors & vita in manus linguæ.* Alia quoque Christi: *Ex verbis tuis iustificaberis, Matth. 12. & ex verbis tuis condemnaberis.*

Hoc expendit D. Jacobus, vt quid admiratione dignissimum: Qui fieri potest, inquit, vt vnâ eademque res, & mors & vita contineantur. Quis est qui credat, quod ex eodem fonte, eodem canali, aqua profluat instar ignis feruentissima, & instar gelu frigidissima, aqua vitæ, aqua mortis? *Ex ipso ore procedit benedictio, & c. Numquid Jac. 3. 10. fons de eodem foramine emanat dulcem & amarum aquam?* Non contradico: Spiritus enim S. Eccl. 3. notat tempus esse loquendi, & tempus tacendi: & quandoque loqui mors est, quandoque vita: tacere quandoque noxium, quandoque fructuosum. Quod Abigail aperiens os suum locuta fuerit prodens in occursum Dauid, qui leone ferocior eius toti familie ruinam minabatur, illam à morte præseruauit, vt ipse Dauid eidem attestatur: *Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie.* Quod Amalceiter Dauidi seipsum prodiderit, vt Sabis Regis interfecit, hanc mortem sibi loquax conscientia enim de causa à Dauid iustus est occidit, qui factum subterfuit, non nocuisset. Locuta est Bethsabee Dauidi pro filio suo Salomone, & regnum illi obtinuit: locuta est pro genetro suo Adonia, & mortem illi conquisiuit, quod si tacuisset, ille superuixisset. Sæpè igitur locutum suiffe nocet & mortem adfert, prodesse autem, & vitam obtinet tacuisse, aliàs è contra idat vitæ, eripit à morte, & ruina, locutum fuisse. Nec hoc ignorauit Bias inter Græcos sapientes celeberrimus: vt eum refert Plutarchus cum, ei Tyrannus Amab imperaret, vt diceret quodnam omnium esset melius, quodnam peius, quodnam vtilius, quodnam inutilius, linguam illi misit Philosophus.

46. **Q**uid igitur agit diabolus? officio suo fungitur. An tibi excidit, quod paulo superius nobis Spiritus S. declarauit, illud agere diabolum, cuncta suis exturbare iunctibus & cardinibus? omnia in nostram ruinam peruertere? *Nomen eius Exterminans.* Magnæ res est vilitatis, magni commodi, suo tempore, vel loqui, vel tacere, magnique damni tempore non opportuno loqui quando tacendum, tacere quando loquendum: ordinem inuenit, te facit cecidit, vocaliorem, & loquacem, dum tacere tibi expediret, & linguæ præpedit officium, quando salutis tuæ interest, loqui, non tacere. Dum tibi proximi tui deservit, aut infirmas innotescit, vitæ tuæ interest, loqui, fraterna illum mentione corrigendo, & tacendo, ac ceteris occultando: *Si peccaueris in te frater tuus, vade & corripe Matt. 18. cum iuser te & ipsum solus: De quibus die Martis 15, proximo.*

proximo. Quid in te diabolus operatur? omnia pervertite mutum facit, taciturnum, ne verbum illi dixeris, quo peccantis aperiuntur oculi; & coram ceteris suis picā loquacior, illis promulgans proximi defectus, in publicis illos detegens colloquijs; quo fratris præiudicis famæ ac dignitati, & tibi animæ vitam adimis. O quot habet diabolus in mundo id genus loquaculos!

II. Prophe-  
tas A-  
chab red-  
dit dia-  
bolus lo-  
quaces in  
Regis  
perditio-  
nem.  
3. Reg. 22.  
21.

Mirabilem narrat Spiritus sanctus historiam, cui Michæas interuenit Propheta. Medius consiliarijs pluribus residebat impius Rex Achab quia illis Regia scatebat aula, quibus concilij sui mysterium aperiebat: quid illud? *Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere?* Rursum attollit oculos vates, Deum contemplantur ut supremum omnium Monarcham celesti radiantem throno, milleis circumfusum Angelis, quibus hoc proposuit, quis modus impium Achab perdendi, ut cadat in prælio superatus: & ecce adfuit Satan inter filios Dei. En ego, inquit Domine, mitte me, nullo sum id negotio peracturus. At quâ ratione decipiam illum, quomodo decipies? *Ergo spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.* Ad domum accurrant, ubi cuncti confluunt taciturni Consiliarij, eorum ora subingrediat, linguas assumam, & stentore reddam clamosiores, ut Regi tacenda suggerant, quibus in laqueum coniciatur, irretietur, cadatque intemptus. Ut dictum in factum, illorum assumentes loquax spiritus linguas, omnes quidquid in buccam venerit, loquuntur, nec vllus alterum audit loquentem, nec mirum illos diabolus agitabat, quo rex idolatra miserranda clade sagitta confossus, interijt. Quot tales alit mundus. Proponit diabolus puellam perdere, pudicissimam, piam, vxoratum, devotum clericum, à mundo remotum, religiosum. Quis modus? huius & illius os occupat, linguas moderatur, ut illius detrahant dignitati, de vito Ecclesiastico mentiantur, quæ illi nunquam in mentem venerant, de Monacho effutiant ea, quæ nec imaginatione comprehendit, de maritata secretum spargant defectum, at modò correctum, puellam redarguant ob morum leuitatem, sed quàm lacrymis exparuit illos reddit picā loquaciores, te verò fide teuem adeo, ut eis fidem adhibeas velut Evangelistis.

§. 18. M. gno sunt detrimento demones loquaces. quibus imperatur, velut Pythionibus, sententiam.

Perpicue vidit David diabolum ori vntus istorum, quos reddid loquaculos insidentem: Docet scilicet Idumæi, hominis audacissimi, cauteriatam habentis conscientiam, qui coram rege Saule malè de Davide loquebatur & perfidam fidem Sacerdotum arguebat, vnde decretum illud à Saule, ut octoginta quinque neci traderetur. O te proditorem, inclamat David: *Tota die iniustitiam cogitasti lingua tua. In nouena acuta scisci dolium.* O verba, ô mylteria? declaranda die Mercurij. Sufficiat modò damnatum pependere non minimum, quod garulus adfert diabolus: *Tota die iniustitiam cogitasti lingua tua.* Congruè dicit, *Iniustitiam:* hoc quippe uomen optime vestris congruit & murmurationibus & detractioibus. Quo nomine vocatur peccatum illud, quo tibi tollit læro pallium? Iniustitia. Quo nomine vocatur crime illud quò fur tibi surripit centu regios. Iniustitia quia iniustitiā violauit, tibi quòd iuu erat, auferendo, & quo velut tibi proprio fruebaris, quo igitur nomine scelus illud vocabitur, quo quis alterius famæ & nominis derogat existimationi, qua gaudet, & quàm ut sibi propriam possidet: quo credis illud nomine compellendum Iniustitiā, quæ grauior, peiorque sit; si enim quis tibi fur quatuor aut sex asses eripiat, exeat pallio, quo priuatus nudus non incedis, cum aliud tibi suppetat, & tamen iniustitiam in se commissam queratis, quid de illo dices qui tibi rem auferit adeo pretiosam, quæ tantum tibi potest inferre nocuentum, nominis scilicet dignitate in: *Melius est nomen bonum, quàm iniustitia mala:* testatur Salomon. Verum fets molestius tibi centum auferri denarios, vel honorem tuum denigrari? Hinc elicias, quàm grauior conscientia tua oneretur, dum murmurat, & lingua tuā, velut nonaculā acutā, detrahis bono Sacerdotis, bonam existimationem obfuscat maritate, puellæ splendorem nominis perstringit, quodque committens iniustitiæ peccatum iniustitiæ reus sakra: non possis omnino, nisi restituta ablatum, illudque ex sententia D. Augustini cui subscribunt omnes Theologi: *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Veretur autem, ne inter illa censcatur peccata de lixibus quibus D. Cyprian. quod cum sit frequenti-  
supm. lxxxv.